

GEORGIVS AEMYLIVS THEOLOGVS.



Georgius Mansfeldensis apud Saxones natus,  
& optimè educatus est. Is cum domi bonas li-  
teras percepisset, sese hinc inde ad academias con-  
tulit, atq; magna diligentia liberalibus artibus et in  
primis Poëticæ incubuit. Postea quoq; animū ad  
Theologiæ studium adiecit, & in eo feliciter uersa-  
tus, præclarum sibi nomen comparauit. Edidit is  
epigrammata elegiaca ad imaginem mortis, & ad  
imagines, quæ in Ioannis Apocalypsī proponunt.  
præterea elegiam de restauratione scholæ Sygen-  
sis in ditione comitis Nassauiensis: querelam insu-  
per de incendio oppidi & arcis Freüdenbergēsis.  
Orationem quoq; dominicam, atq; aliquot Psal-  
mos carmine expressit, ac Passionem saluatoris commode descriptsit. Euange-  
lia etiam & epistolas Dominicales heroico carmine reddidit, atq; ea suis an-  
notationibus per totum annum exposuit. Cum hac ratione bonis literis exco-  
lendis Georgius pergeret, omnibus doctis innotuit, atq; præclarum e-  
ruditionis & uirtutis sibi nomen comparauit, floruit is anno circi-  
ter 1543. Con. Gess,